

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Cap. III. Excerpendum esse suadent multiplex utilitas.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

ISAACUS CASAUBONUS Excerpta suo exemplo commendat Exercit. VI. in Annales Baronii, num. 30. his verbis; *Legi eum librum aliquando, magnâ cum voluptate, & more meo excerpta confeci nonnulla.*

Et quid multis, omnium ferè Eruditorum vocibus & exemplis Excerpta & Notæ commendantur & approbantur. Plerique etiam nostri Theologi manu sua Locos communes conscripserunt, & posteris suis reliquerunt. Non pigeat itaque tot optimos viâ duces sequi.

CAP. III.

Excerpendum esse sôadent multiplex utilitas.

I. **S**edulus Excerptor ingentem sibi comparat **S**rerum, verborumque ad omne genus dicendi copiam. Qui calamo non parcit, sed instar formicularum & apicularum sedulo colligit, & selectiora suis quæque locis inscribit, is tempore non multo magnum eruditionis thesaurum, & amplissimam ad dicendum è cathedra, supellectilem sibi comparabit. *Franc. Sacchinus de ratione Libros legendi pag. 76. Maximi, inquit, quique viri & commendant & adhibent sedulam excerptendi curam. Profecto fidem superat, si quis accuratè & continen-*

RA TIO LE GENDI AUTO RES.

ter scripto conservet, quidquid constans lectio memoria dignum indies offert, quanta, quam brevi egregiarum rerum copia congeratur.

II. *Qui Locorum Communium apparatu instructus est, pluribus libris carere potest, in unico enim libro integram circumfert Bibliothecam. Excerpta nobis instar Bibliothecæ sunt, inquit Drexelius Aurifod. art. & scient. part. I. cap. IX. ration. VI. Si de themate aliquo differendum, aut aliquid scribendum, non necessum est, ut consulas varios autores, cum copiosam habeas supellectilem domi tuæ, h. e. in tuis Collectaneis, quæ tibi veluti Bibliotheca erunt, facili negotio in omnem locum asportanda. Ad hanc temet recipe, notas tuas repete & perlege.*

III. *Cura excerptendi & annotandi legentis intentionem exacuit Dum enim Lector rem, quam legit, expendit, an digna sit, quæ enotetur, acuit mentem & intentionem. Lectio sit multo meditatio, inquit Drexelius Aurifod. loc. jam cit. ab init. tantoque melius res intelliguntur, quanto exactius, dum in notas transeunt, expenduntur.*

IV. *Quæ exscribuntur, tenacius herent, & menti altius imprimuntur. Hanc ob causam Demosthenes Thucydidem totum officis sua manu*